

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100

illo tamen se gravari causabantur, quod ad parochum pro schedula et signo pro concessione eiusdem Fidlberg accedere cogerentur; pro magna servitute illud reputabant; de quo maxime post introductionem novorum praedicantium liberi esse volebant. Nunquam tamen hunc baculum, nec dum parocho iam demortuo nec adhuc eius successori pro suo libitu et voluntate extorquere potuerunt.

Klagen des
Pfarrers.

9. Febr. D. parochus de re quadam gravi coram toto senatu in curia conquestus est, cui quidem satisfactum legitur. Quae tamen et qualis illa res fuerit, ex ipso protocollo repetenda erit.

Kath. Re-
formation
in Steyr.

20. Feb. publicatum est *Styrae* de ambone parochiali a D. capitaneo provinciae, D. *de Lanberg*, mandatum severum, quod tam D. parocho quam etiam senatui transmissum fuit, in quo ex mandato D. ordinarii prohibebatur usus carniem per Quadragesimam, similiter prohibebantur excursiones ad conciones haereticas in diebus dominicis et aliis festivitibus sive in *Stadtkirchen* sive in *Leitten*, ubi duo vituli aurei erecti fuerant. Insuper serio praecipiebatur omnibus civibus, ut suos infantes in ipsa parochia Styrensi posthac baptizari facerent atque pariter omnia matrimonia ibidem copularentur. Sed erat tale praeceptum, quod observarent ii, quibus hoc complaceret: reliqui nihil aut parum haec faciebant, praesertim inhibitionem carniem. Sed veniet aliquando tempus, quod famem patientur ut canes et anno 1622 saepe diebus dominicis etiam ditiores carnibus volentes nolentes abstinere, nedum diebus ab ecclesia prohibitis, coacti sunt, quando caro haberi nequivit, cum tamen sine carnibus vivere sibi impossibile quodammodo viderentur.

Ungarn.

22. Feb. mala nova de D. *Goloniths* et Ungaris *Styrae* narrata sunt, liquido tamen non constat, quae aut qualia.

Benefizien.

28. (Feb.) rursus misit D. parochus ad D. consulem propter tria sua beneficia, quorum per omnia petiit plenariam administrationem et miratur de tot contradictionibus a senatu contra illa beneficia. Senatus interim petit ab eodem D. ratione horum beneficiorum annuam pensionem circiter 200 fl., quos aiebant se pro dissolvendis steuris Linzii in domo provinciali exposuisse. Verum haec exactio nunquam determinari potuit, licet saepius sit tentatum.

Restau-
rierung der
Pfarrorgel.

Hoc anno adhuc mense Martio incoeptum est cum consensu senatus ex iussu Rmi. organum parochialis ecclesiae *Styrae* in melius rursus restaurari per *Georgium Hakerum*, civem Styrensem, huius artis utcumque expertum. Per totam fere aestatem in eo reparando laboravit, pro cuius labore absque aliis expensis ultra 100 fl. illi sunt annumerati a praefecto ecclesiae. Interim a senatu etiam annua pensio steurarum illi remissa est, ea tamen conditione, ut si quid in praedicto organo defectuosum rursus animadvertatur,